

Ad 1. „Affirmative ad primam partem, negative ad secundam“.

Ad 2. „Affirmative, uti patet ex adjuncta Declaratione“ n. 5202 die 8. Aprilis 1854.

DEDICATIO.

1) Basilicae.

a) SS. Apostolorum.

Ad dubium: An Officium Dedicat. Bas. ss. ap., quando incidit die Sabbathi 14. Decb., qua die cadit etiam Dedicatio Cathedralis Regien., sit transferendum ad diem dom. immediate sequentem, vel potius ad fer. 2. ? S. C. resp.: Transferendum esse ad diem immediate sequentem, non tamen impeditam Officio novem Lectionum et translationem ad diem dom. abolendam esse a Calendario Gavanti. n. 2230 die 16. Junii 1663.

b) Lateranensis,

I. Festum.

Vd.: *Dedicatio Eccles.* (Off. quod.?)

S. D. N. Benedictus XIII. ad humilimas preces Capituli et Canonorum Basilicae Lateranensis, ut novae Consecrationis ejusdem Basilicae, quam Sanctitas Sua die 28. Apr. currentis anni solemniter peregit, memoria in posterum recolatur, benigne indulset atque concessit, ut in festo Dedicatiois illius die 9. Nov. sextae lectioni secundi nocturni sequentia verba addantur: eandem Ecclesiam incendiis, vastationibus, terrae insuper motibus disjectam eversamque, ac sedula Summorum Pontificum cura reparatam, nova postmodum molitione restitutam, Benedictus XIII. P. M. die 28. Apr. 1726 ritu solemniter consecravit ejusque celebritatis memoriam hac die recolendam statuit: „ac insuper mandavit, ut idem Festum, tamquam dedicationis Ecclesiae Cathedralis

hujus almae Urbis, ab universo illius Clero saeculari tantum, ejusque districtus, juxta Decreta S. R. C. hac in re pluries edita sub ritu dupl. 1. cl. cum oct. quotannis celebretur“ n. 3968 die 14. Sept. 1726.

II. Vesperae.

Rubrica Breviarii die 8. Novembris Octava omnium Sanctorum sic se habet: „Vesperae a Capitulo de sequenti, scilicet de Dedicatioe Basilicae SSmi. Salvatoris; dup. min. cum commemorat. praecedentis, hoc est omnium Sanctorum: „die autem 18. ejusdem ait.: Festum Dedicatiois Basilicarum SS. Apostolorum Petri et Pauli dup. min. Vesperae a Capitulo de sequenti, id est de S. Elisabeth Vid. dup. min., cum Commemorat. praecedentis Festi Dedicatiois. Ex quo quaeritur: Utrum in dictis casibus, et similibus, faciendum sit a Capitulo, ut disponit Rubrica supracitata, an Vesperae debeant esse integrae de Dedicatioe Basilicarum cum commemoratione praecedentis, vel sequentis ejusdem, ob ritus praestantiam, et dignitatem Basilicarum? S. C. resp.: „Ubi Dedicatio Basilicarum Lateranensis, Vaticanae, et S. Pauli in Via Ostiensi fit sub rit. dup. min., in concursu cum Festis ejusdem ritus, prout in casu etc. Vesperas esse dimidiandas. n. 4594 ad 4 die 12. Apr. 1823.

NOTA GARDELLINI AD HOC DECRETUM.

Nemini dubium, quod in casibus expositis, et similibus, fieri debeat in primis et secundis Vesperis a Capitulo. Siquidem de qualitate Festi Dedicatiois Ecclesiae omnino silent Rubricae, ideo nec quaestio fieri debet de majori vel minori dignitate. Quidquid enim sit de aliqua antilogia quae occurrit in via variis S. R. C. Decretis, quorum quaedam eo innitebantur principio, quod Dedicatio sit Festum Domini; ultimis

c) S. Petri.

In 2. Vesperis Dedicatiois Basilicae S. Petri debet ad Capitulum fieri de Officio dupl. s. Elisabethae vid. n. 2851 die 22. Jan. 1678.

Vd.: *Dedicatio Basil. S. Salvat.* (Commemor.; Vesperae.)

d) SS. Salvat. et S. Petri.

I. Commemoratio.

Ad dubium: Utrum, quando occurrit Dedicatio Basilicarum Salvatoris et S. Petri infra octavam Dedicatiois aliarum Ecclesiarum, assignandae sint aliae Collectae vel Orationes, vel sit omittenda commemoratio? S. C. resp.: Sumatur pro commemoratione alia Oratio de Communi, nempe: *Deus, qui in visibilibus etc.* et apponatur decretum in principio Missalis. n. 3754 ad 15 die 25. Sept. 1706.

II. Vesperae.

Concurrente festo Dedicatiois Basilicae S. Salvatoris et ss. Petri et Pauli cum insequentibus Officiis ritus pariter dupl. minoris secundas vespas esse dimidiandas. n. 4826 die 23. Sept. 1837.

(Vd.: *Dedicat. Basil. Later.* — vesp. —)

Dedicatio Basilicae SS. Salvatoris extra Almam Urbem non habet integras vespas secundas, si concurrat cum sequenti Officio dupl. minori. S. R. C. 12. Julii 1664 in *una Ord. Min. Obs.*

III. Translatio.

A Capitulo Cathedralis Schalen in suo Calendario assignata fuit dies 10. Novb. Officio Dedicat. Basilicae S. Salvatoris ac subinde tali die ex ap. concessionem assignatum fuit 10. Novb. Off. s. Andreae Ap. pro Ecclesia uni-

tamen decisionibus inhaerendum est. Etenim maturiori examini quaestione subjecta, cum praefatum Festum (dato etiam quod sit Festum Domini) non primariis sed secundariis adnumerandum veniat, satius visum est servare ordinem Tabellae duplicium primae classis, quae praefatum Dedicatiois Festum praefert dumtaxat Patrono et Titulo Ecclesiae (quod ita est intelligendum, dummodo Patronus vel Titulus Ecclesiae non sint majoris dignitatis) vide ultima decreta in *una Ordinis Clericorum Minorum Villae Matriten. Toletanae Dioecesis ad dub. 3 et 4 sub die 13. Martii 1804, et in Brixien ad dub. 9 et 10 sub die 20. Septembr. 1806.* Praeterea notandum est, quod casus in dubio expositus non est de concurrentia Dedicatiois, ubi obtinet ritum duplicem primae classis, cum alio Festo aequalis ritus; verum de duplici minori: quam ob rem subintrat regula tradita in Tabella de concurrentia sub numero 5., quae jubet Vesperas esse dimidiandas. Quamquam nonne ita praesertim est in speciali Rubrica Breviarii sub die 9. Novembris, et 18. ejusdem mensis? Nonne ita sancitum legitur ab hac Sacra Congregatione in Romana 12. Julii 1664, et in Maceraten 22. Januarii 1678? In primo namque respondit: *Servari Rubricas generales in concurrentia duplicium minorum:* et in altero ad quaesitum: An in secundis Vesperis Dedicatiois Basilicae S. Petri debeat a Capitulo fieri de Officio duplici S. Elisabethae viduae? jussit: *Servari Rubricam Breviarii Romani, quae disponit a Capitulo de S. Elisabetha:* Quae igitur dubitatio? Praestantia Basilicarum Lateranensis, Vaticanae et Ostiensis efficit, ut de harum Dedicatioe fiat speciale Officium sub rit. dup. min. in Orbe Catholico universo, sed non immutat praescriptum Rubricae.

versali. Quaeritur: an in praedicta die 10. Novb. recitari debeat Officium s. Andreae vel Dedicatio Bas.? S. C. resp.: Pro Cathedrali Schatensi, firmo remanente sub die 10. Novbr. Officio Dedicat. Bas., ipsi jam pridem assignata, ad aliam diem non impediam transferatur Officium s. Andreae Ap. postea concessum. n. 414? die 11. Maji 1743.

e) Vaticanae.

(Vesperae.)

Vd.: *Dedicatio Basil. Lateran.* (vesp)

2) Ecclesiae.

a) Unacum altari majori.

Vd.: *Dedicatio Eccles. et dies incerta* (decr. n. 4688 nota).

Debet cum ipsa Ecclesia omnino consecrari altare majus, nam istud est principale, et si hoc tantum sit in Ecclesia, sufficit; alia vero accessoria, pro quibus datur consecratio distincta sine Ecclesiae consecratione. n. 2343 ad 2 die 19. Sept. 1665. Cf.: *Consecratio altaris* (Mensa ex plurib. lapid. etc. decr. n. 4966.)

FESULAN.

Rme. Domine uti Frater . . . Prudenti quidem consilio A. T. in exequenda Consecratione duarum Ecclesiarum Parochialium istius Fesulanae Dioecesis non acquiescens opinioni eorum, qui autumabant exequi posse consecrationem ipsam absque Dedicatio altaris a Pontificali Romano et a Decretis omnino requisita, una cum Ecclesiis Altaria etiam dedicavit. Quum vero Litteris datis hoc ipso vertente Anno XV. Kal. Aug. S. R. C. sententiam Amplitudo Tua requirat, eique sequens Dubium expendendum proponat: An Ecclesia antea per simplicem

Ritualis benedictionem ad Divini Cultus servitium apta reddita, cujus Altaria ad incruentum super iisdem litandum Sacrificium absque consecratione Lapide tantum sacro sunt communita, possit licite consecrari, quin eodem tempore Altare consecratur? Et quatenus affirmative: qui ritus hac in caeremonia servandus? S. eadem C. in Ordinario Coetu hodierna die coadunata ad Vaticanum, ad relationem infrascripti Secretarii, proposito Dubio negativam responsionem dandam censuit, ac in Ecclesiarum consecratione Altaris omnino Dedicatio nem juxta Pontificalis Romani regulam et ad Decretorum praescriptum requiri declaravit. Quod dum Amplitudini Tuae aperio, diu felix et incolumis vivat. n. 5204.

Die 12. Aug. 1854.

Rmo. Domino uti Fratri Episcopo Fesulan.

Estne Ecclesia dedicata, si altare majus non rite fuerit consecratus? Vd.: *Consecratio altaris* (Mensa ex pluribus lapidib. decr. n. 4966.)

b) Assignatio diei anniversarii.

Vd.: *Dedicatio Ecclesiae et dies Dedicat. incerta* (praecipue decr. n. 4688 nota) *Dedicatio Eccles.* (Transl.; decr. n. 2343; 2873; 3777; 4300).

c) Celebrans.

Vd.: *Dedicatio Ecclesiae* (Vigil. decr. n. 4742).

d) Celebratur a populo.

Ad dubium: An, si Ecclesia consecratur die seriali, sitne festum observandum in populo tali die cum obligatione in hujusmodi loco abstinendi ab operibus servilibus et audiendi s. missam? S. C. resp.: *Negative*. n. 4400 ad 3 die 29. Julii 1780.

Dum Episcopus in Consecratione Ecclesiae non elegerit diem sed consecravit eam die etc. Mensis etc., annivers. Dedicat. debet celebrari in futurum die, quo hactenus consuetum est celebrari. S. R. C. 20. Novemb. 1662.

e) Non celebratur.

Ad dubium: An diruta et solo aequata Ecclesia Matrice dedicata teneatur Clerus quotannis ad Officii celebrationem de dicta dedicatione cum octava, quamvis in alio situ deinmatrix Ecclesia constructa fuit, cui Clerus inservit? S. C. resp.: *Negative*. n. 4516 ad 1 die 15. Sept. 1815.

Ad dubium: An Clerici Regulares S. Pauli civitatis Cherii, Episcopalis Cathedrae honore destitutae, Ecclesiam nacti nulla adhuc sol. consecratione decoratam, ad aliquod celebrandum Dedicatio Ecclesiae Officium teneantur? S. C. resp.: Non debere Officium peragere Dedicatio propriae Ecclesiae, quae non est consecrata. n. 4463 ad 1 die 21. Mart. 1795.

Cf.: *Ecclesia benedicta* (Off. annivers. etc.)

Ad dubium: Si alicui Ecclesiae consecratae nullus Clerus sit addictus, debet aut potest Clerus Ecclesiae Parochialis, intra cujus fines Ecclesia illa existit, recitare Officium Missamque celebrare in Anniversario dedicationis Ecclesiae cum Octava? S. C. resp.: „Juxta Decretum in una Urbis diei 5. Octobris 1679. „*Negative*“ n. 4669 ad 35 die 12. Novb. 1831.

f) Circuitus.

Vd.: *Jejunium; Dedicatio Eccles.* (Consecrator.)

Quando in Dedicatio aut reconsecratione Ecclesiae eam circumdari-

Decreta authentica.

possibile est, circumdetur Ecclesia eo modo, quo commode fieri potest. n. 99 ad 1; die 30. Sept. 1596.

Potest Ecclesia consecrari et circumdari per illas partes, in quibus est aditus. n. 2343 ad 1 die 19. Sept. 1665; n. 2986 die 13. Junii 1682.

Licentiam Ecclesiam ob multa impedimenta circuitiois etc. consecrare eo modo, quo melius fieri potest, concedi posse, dummodo in omnibus, quantum fieri licet et permittitur, Episcopus in Consecratione Ecclesiae se conformet regulis et rubricis Libri Pontificalis. n. 248. die 17. Julii 1604; n. 277 die 24. Sept. 1605; n. 3219 die 10. Junii 1690; n. 3226 die 16. 15. Julii 1690; n. 3267 die 8. Mart. 1692.

Discretionem et prudentiam Episcopi remittendum, ut (dictam) Ecclesiam consecrare possit et valeat, etiamsi illam undique ob impedimenta (aedificiorum illi adhaerentium) circumdare non valeat, dummodo ab ea parte, quae circumdari potest, circumdetur, et quantum fieri potest et licet ritus et caeremoniae in Pontificali praescriptae serventur et adhibeantur. n. 392 die 27. Sept. 1608; n. 744 die 12. Junii 1628; n. 1723 die 22. Aug. 1624; n. 3594 die 13. Aug. 1701.

g) Consecrator.

Consecrationem Ecclesiae Sacerdotis Jesu Audomaren. spectare ad Episcopum Dioecesanum, nisi Abbas Monasterii S. Bertini Ord. s. Benedicti privileg. s. sedis apost. habeat speciale, quod Episcopo tenetur exhibere. n. 2686 die 14. Apr. 1674.

OPPIDEN.

Quum Rmus. Oppiden. Ep. praenoscatur ob gravem suam aetatem non sine considerabili valetudinis dispendio per-

ficere haud posse juxta formam in Pont. praescriptam imminentem Consecrationem novae suae Cath. Eccl., ac proinde SSmum. D. N. Gregorium XVI. P. M. enixe rogarit Indultum hanc ipsam S. Caeremoniam exequendi duobus consecutivis diebus; S. S., referente subscripto S. R. C. Secretario, de speciali gratia ita annuit benigne ut uno eodemque die peracta omnino consecratione Eccl. et Altaris maj. ab ipso Ep., poterit per alium Sacerdotem Missa celebrari, qua finita Ep. solemniter Populum benedicet, Indulgentiam publicabit, et diem anniversariam ad recolendam consecrationem assignabit. Alia vero die quaecumque consecrari poterunt caetera Altaria, strictim servatis omnibus a Pont. Rom. praescriptis. Contrarium quibuscumque disponentibus minime obstantibus. die 24. Maji 1844 n. 4976.

h) Cruces in pariete.

Vd.: *Lumina in cruce in pariete posita.*

Ad dubium: An duodecim cruces, quae in solempni dedicatione Ecclesiae pinguntur in pariete et ab Episcopo consecrante s. Chrismate liniuntur, expleta consecratione possint evelli, si sint factae ex marmore aut deleri, si sint depictae? S. C. resp.: Omnino perpetuis in futuris temporibus remanere debere. n. 3382 die 18. Febr. 1696.

Sanctimonialium Sacri Cordis Jesu.

Quanam de causa factum sit prorsus ignoratur, sed reapse in parietibus Ecclesiae SSmae. Trinitatis ad Montem Pincium in Urbe XIV Cruces depictae apparent, peractam consecrationem Ecclesiae ipsius repraesentantes. Verum quum id contra Rubricarum et Pontificalis praescriptum

actum fuerit, Sanctimonialia Sacralissimi Cordis Jesu adjectum asceterium incolentes, ne inconveniens istud diutius perseveret, S. R. C. rogarunt enixe, ut definire dignaretur quid in casu agendum. Et S. eadem C. ad Vaticanum subsignata die coadunata in Ordinariis Comitibus ad relationem subscripti Pro-Secretarii respondendum censuit: „Duas Cruces ex lateralibus esse tollendas, salvis remanentibus positae in Presbyterio, et prope portam principalem“. Atque ita servandum praecipit. n. 5178 die 25. Septemb. 1852.

i) Cruces dirutae renovantur.

Vd.: *Dedic. Eccles. et dies incerta* (decr. n. 4688 nota).

k) Dedicatio Ecclesiae et dies Dedicacionis incerta.

Cf.: *Ecclesia benedicta* (Off. etc.) *Dedicat. Cathedr.* (oblig. etc. decr. n. 4559); *Dedicatio Ecclesiar. omnium* alicujus Ordinis (decr. n. 4821). *Ded.* (transl. decr. n. 2343; 2873).

Cum de die dedicationis Ecclesiae liquido non constet et Ecclesia parochialis sit dedicata b. Michaeli Arch. et verisimiliter credatur illam fuisse consecratam in die dedicationis ejusdem b. Michaelis Arch. et sit consuetum, dictam diem solemnizari cum Officio duplici et Octava, resp. S. C.: Archipresbyterum satisfacere celebrando juxta consuetum Officium cum octava in festo dedicationis s. Michaelis Arch. n. 389 die 14. Junii 1608.

Non potest celebrari festum Dedicacionis illius Ecclesiae, quam *certum est* non fuisse consecratam, immo neque si est *dubium*. n. 826 ad 1 die 18. Aug. 1629.

Potest Episcopus extra actum Consecrationis constituere *diem* celebrationis festo consecrationis Ecclesiarum

quando certa *dies* ignorabatur, *dummodo constaret fuisse consecratas*, sed festum Consecrationis Ecclesiarum, praeterquam Cathedralis, celebrari debere *in ea tantum Ecclesia*, cujus dies festus Consecrationis peragitur. n. 826 ad 2 die 18. Aug. 1629.

Cum ignoretur *dies* Consecrationis Ecclesiae, Episcopus constituere debet ex nunc certum diem, qui deserviat quatenus pro Consecratione Ecclesiae n. 1001 ad 4 die 19. Aug. 1634; n. 1256 die 21. Aug. 1640; n. 4300 ad 2 die 3. Mart. 1761.

Festum dedicat. Eccles., cum sit ex solemnioribus, celebrandum esse eadem die, qua venerit. Posse tamen Episcopum Ord. eidem diem assignare suo arbitrio, si *diem* certam non habuerit, qua semel electa, hujusmodi festum amplius non esse variandum. n. 2675 die 3. Mart. 1674.

Ad dubia: 1. an licite continuari possit Officium et Missa Dedicacionis Ecclesiarum Congregationis s. Pauli I. Erem. Montis Ossae, in I. die Sept. *per capitulum gen.* assignata? Et quatenus negative, 2. an locus sit novae concessionis ejusdem Officii et Missae pro die I. Sept.? S. C. resp.: ad 1: *Negative*; ad 2: Quatenus constet de Consecratione, saltem Ecclesiae Monasterii primarii totius Congregationis n. 4397 die 22. Apr. 1780.

Patribus Soc. Jesu exponentibus diem dedicationis Ecclesiae celebratam fuisse retroactis annis in die Pentecostes et postmodum intermissam dictam celebrationem dedicationis, resp. S. C.: „Certum diem per Episcopum esse eligendum, qui semel electus amplius mutari nequeat pro Anniversario Dedicacionis Ecclesiae“. n. 1353 die 11. Novb. 1641.

In quo die solemnitas Dedicacionis Ecclesiae fieri possit, cujus dies festivitatis ignoratur, sed quam dedicationem esse sub invocatione B. V. M.

constat? S. C. resp.: Celebrari posse in die Assumptionis B. V. M. n. 1703 die 2. Maji 1654.

Ad Propositionem: ex certis signis haesitari non posse, quin olim fuerit consecrata Ecclesia s. Francisci Ariminensis, verum ignorari penitus diem actae Consecrationis, propterea supplicari diem assignandum; S. C. resp.: Modo Vicarius general. Episcopi absentis non haesit et de veritate narratorum, ejusdem arbitrio diem in posterum semper retinendam, *extra tamen Adventum et Quadragesimam* indulgendam. n. 2053 die 12. Junii 1660.

Assignatio diei Dedicacionis Ecclesiarum, quarum *Dedicatio* ignoratur, spectat ad S. R. C. n. 2419 ad 7 die 13. Aug. 1667.

Non licuisse neque licere celebrare festum Dedicacionis Ecclesiae s. Crucis Varsavien. Dominica in albis, prout ex abusu introductum fuit; neque licuisse et licere Ordinario ad aliam dominicam transferre et proinde, *auctoritate apost.*, transferendum esse ad aliam dominicam proximiorum. n. 2427 die 19. Novb. 1667.

Ad dubium Congreg. s. Benedicti Vallisolet.: an Ecclesiarum Congregationis certo non consecratarum, vel de quarum consecratione dubitatur, Officium dedicationis earum ab immemorabili recitari consuetum, continuari posse? S. C. resp.: Quoad Ecclesias *certo non consecratas negative* et ad mentem. Mens autem est, ut quatenus constat de consecratione Ecclesiae Monasterii primarii Congregationis Vallisol. Officium de illius Dedicacione recitari possit in aliis Ecclesiis ejusdem Congregationis, quae non habent seu habere nequeunt diem assignatam pro Officio propriae Dedicacionis. Quoad Ecclesias vero, de quarum Consecratione dubitatur, stante asserta imme-

mor. consuetudine nihil innovandum. n. 4396 die 22. Apr. 1780.

Ad dubium: An expediat assignare aliam diem Festo Dedicationis Ecclesiae S. Vincentii et Anastasii ad aquas salvas, ut celebrari possit cum Octava, cum in praesens ex antiqua consuetudine agatur in Feria V. post Dominicam Passionis? Et quatenus affirmative, supplicatur pro assignatione diei. S. eadem R. C., referentio Emo. et Rmo. D. Card. Livizzani, exquisita sententia unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris, quae typis etiam fuit evulgata, rescripsit: „In omnibus, juxta sententiam ejusdem Magistri caeremoniarum“, cujus libellum tradi Oratori pro norma mandavit; ejus autem summa haec est:

„Affirmative assignata imposterum die 6. mensis Septembris, vel 21. Octobris Festo Dedicationis Ecclesiae S. Vincentii et Anastasii ad aquas salvas“.

Et ita declaravit et servari mandavit. n. 4471 ad 6 die 10. Septembris 1796.

Cum in parietibus antiquae Ecclesiae S. Joannis Baptistae sitae prope moenia Terrae Campiliae in Dioecesi Massae Populoniae multae depictae sint Cruces, ex quibus aperte patet dictam Ecclesiam consecratam fuisse; cumque dies festivus consecrationis illius Ecclesiae ob lapsum tanti temporis ignoretur: propterea ex parte Plebani et Cleri supradictae Terrae pro facultate imposterum celebrandi die 22. Octobris Officium diei Festi Dedicationis praedictae Ecclesiae cum octava S. R. C. humillime supplicatum fuit.

Et S. eadem R. C.: „Gratiam juxta petita, pro die tamen ab Ordinario designanda, et nunquam immulanda, Oratorum instantiae annuendam esse censuit“. n. 3899. die 17. Aprilis 1717.

Cum ex parte Praepositi Ecclesiae

paroch. Viveroni Dioeces. Vercellen. supplicatum fuerit pro assignatione diei festi Consecrationis illius Ecclesiae, quia ob longum temporis lapsum, quamvis in parietibus Ecclesiae plures adhuc existent Cruces ipsius consecrationem indicantes, penitus ignoretur. S. C. resp.: Petitam assignationem pro die ab ipso Episcopo semel designanda et nunquam in posterum mutanda, concedendam esse censuit. n. 4032 die 12. Mart. 1735.

Ordinis Sancti Hieronymi Vallis de Hebron Dioecesis Barchinonen.

Eminentissimi Patres: Fr. Emmanuel Fonitsero Monachus professor, Caeremoniarum Magister Regalis Monasterii Divi Hieronymi Vallis de Hebron Dioecesis Barchinonensis Sacrae Rituum Congregationi humillime exponit, a tempore immemorabili festum celebratum fuisse recitatumque Officium Dedicationis Ecclesiae supradicti Monasterii usque ad annum 1807, quo tempore, quum subortum fuerit dubium, utrum praedicta Ecclesia esset consecrata aut benedicta tantum, omissa est illius festivitatis celebratio. Ambigendi occasio inde sumpta est, quod nulla Crux, nullum aliud signum in Ecclesia videatur, unde inferri valeat illam fuisse consecratam. Verum praeter allatam consuetudinem, quod non leve argumentum praestat, ut Ecclesia credatur consecrata, exstat quoque hujusce rei aliud testimonium in quodam libro perantiquo manuscripto et caute custodito, ubi notatur ac legitur: traditos fuisse sexaginta solidos Reverendissimo Domino Episcopo Rodenicopolis ob Ecclesiae consecrationem: quae tamen ultima verba ambigentes opinati sunt per errorem aut inscitiam scriptoris in praedictum librum irrepsisse, adeoque legendum: *benedictionem, non: consecrationem.* Post-

modum anno 1829 consulti sunt super hac re duo Vicarii Ecclesiastici Civitatis Barchinonensis, iisque in Rubricis et Sacris Ritibus peritissimi, qui omnibus perpensis scrupuloseque examinatis censuerunt: praedictum Festum haud rite fuisse omissum, ideoque rursus celebrandum ac proseguendum in posterum tum ob consuetudinem antiquissimam et immemorabilem recitandi de eo Officium, tum quia nullum apparet monumentum evidenter ostendens dictam Ecclesiam non fuisse consecratam: quinimo probabilius judicandam esse talem ob probationes adductas. His expositis quaeritur:

1. Utrum possit necne celebrari in futurum Festum dedicationis suae Ecclesiae ac recitari Officium a Patribus Hieronymianis Monasterii Vallis de Hebron?

2. Utrum Capitulum Generale Ordinis facultatem habuerit diem indicendi pro hoc festo celebrando, quod fecisse videtur Capitulum Generale anni 1591 designans diem XIV. Julii cujusque anni pro hujus festivitatis celebratione?

3. In casu, quo Capitulum Generale praedicta caruerit facultate, aequum visum fuerit Eminentis Vestris, ut istud Festum quotannis ut antea celebretur, humiliter Eminentis Vestris supplicatur, ut eandem diem XIV. Julii pro celebratione dignentur designare.

Sacra autem Rituum Congregatio in Ordinariis Comitibus ad Vaticanum hodierna die habitis, ad relationem infrascripti Secretarii, re mature perpensa, diligenterque examinata, rescribendum censuit: Negative in omnibus n. 4688; die 7. Aprilis 1832.

NOTA GARDELL. AD HOC DECRETUM:

Ea, quae excitare dubium possunt, an aliqua Ecclesia sit consecrata, in

signorum praesertim defectu sita sunt, quae in ipsa Ecclesia apparere debent, licet alia etiam esse possint, quae in idem dubium adducunt. Existentibus signis, nullum de illius consecratione dubium exoritur. At si haec deficient, puta si Cruces in parietibus non extent, si desit Altare lapideum fixum ac stabile, cujus mensa continua non interrupta planities sit, tale enim esse debet, ut possit illud consecrari, et Ecclesia non consecratur sine Altaris alicujus consecratione simul: nam hujus consecratio necessario peragi debet in Ecclesiae consecratione (quum pro hoc Ecclesia consecratur, non vero illud pro Ecclesia), si scriptura desideretur, quae de consecratione peracta testetur; si testes fide digni non habeantur aliaque hujusmodi, de illius tunc consecratione jure potest dubitari, immo concludi rationabiliter poterit, illam non fuisse consecratam, adeoque Dedicationis Festum nequit celebrari et omittendum erit, si illud vel ab antiquo tempore fuerit per errorem celebratum. Praesumptio autem ob quam illius Festum celebratum fuit, nempe peractae consecrationis, nullius momenti haberi debet, nec valet contra signorum aut cujusque certi indicii defectum, quae necessario requiruntur, ut Ecclesia aliqua consecrata credatur, *et praesertim Cruces*, quae si in parietibus aliquando exaratae fuissent, vix umquam evenire potest, ut illae penitus eradantur aut vetustate ita deleantur, ut aliquod saltem de illis vestigium non supersit, aut etiam ad indicium peractae consecrationis iterum, si aliquantulum deperierint, *non pingantur aut sculpantur, vel alio quovis modo non renoventur*, nequit enim tanta incuria et negligentia in illis supponi, qui Ecclesiis praeficiuntur, aut in illis, ad quos vel jure patronatus vel alio quocumque titulo Ecclesiae spectant.

Jam vero quando rationabile exortur dubium de alicujus Ecclesiae consecratione, jus statuit, eam absque ulla dubitatione esse consecrandam. Sic *Can. Ecclesiae de consecratione dist. 1 ita judicant in Panormitana cap. Proposuit de consecratione Ecclesiae vel Altaris: Silvester verbo Consecratio num. 4. Azor prima parte lib. 10 cap. 26 quaest. 12* et rationem affert Glossa ibidem: *quod non apparet, dicitur non esse.* Hoc est etiam juxta Sacrorum Rituum Congregationis decreta.

Quemadmodum itaque consecranda est Ecclesia, de hujus consecratione rationabiliter et jure dubitatur, sic etiam de eadem Ecclesia nequit fieri Dedicatio officium. Hoc non semel a Decretis Sacrorum Rituum Congregationis statutum fuit, ut quisque videre facile poterit in hac ipsa Authentica Collectione, praesertim in *Alexandrina sub die 18. Augusti 1629 et in Vallisoletana in Hispaniis sub die 22. Aprilis 1780.* Omittendum autem erit, si de ea peractum fuerit Festum: sed rationabiliter et jure de consecratione Ecclesiae, de qua agitur, dubitatur: Concludendum itaque est officium de illius Dedicatio omnino omitti debere.

Neque in casu nostro aliquid ponderis habet, quod asseritur, fuisse nempe et ab immemorabili tempore illius Dedicatio Festum celebratum; quod tamquam praescriptionis argumentum ad finem obtinendum, in medium profertur. Nam celebratio immemorabilis hujus Festi non alia ratione inducta fuit, nisi quia praesumebatur illam Ecclesiam esse consecratam. Sed inanis est haec praesumptio, nec ullo certo nec probabili quidem fundamento innititur; et si res attentius consideretur, contrarium probari potest, et quidem ex iis ipsis, quibus tanta est cura, ut dedicatio

Festum celebretur, quod exortis dubiis postmodum omissum fuit. Sane in secundo Dubio quaeritur: *Utrum Capitulum Generale habuerit facultatem diem indicendi pro hoc Festo (dedicationis) celebrando, quod videtur fecisse Capitulum Generale Anno 1591 designans diem XIV. Julii cujusque Anni pro hujus Festi celebratione?* Ad examen dubii verba parumper revocemus. Patet ex his Generale Capitulum diem indixisse pro Festo dedicationis celebrando. Jam quando hoc indixit, aut ipso consecrationis die, aut postea? utroque in casu haec non ipsi erat facultas, sed Episcopo ipsi consecranti, et ipso consecrationis die, ut ex Pontificali Romano eruitur: in primo casu et in secundo nec eidem etiam Episcopo, inconsulta Apostolica Sede, si diem jam statutum immutaverit. At nulla prorsus mentio de Episcopo; dicendum itaque diem pro Dedicatio Festo et Officio non fuisse ab Episcopo adsignatum. Si hoc, jam sequitur nedum suspicando, sed veritati adhaerendo hanc Ecclesiam non fuisse consecratam, sed benedictam tantummodo ut ab iis contenditur, qui hujus Festi celebrationi adversantur, ac proinde *Consecrationem loco Benedictionis* aut Scriptoris inscitia, aut unam cum altera voce, unam cum altera actione confundendo per errorem irrepsisse in scripturam. Non enim est verisimile Episcopum consecrantem non indixisse pro Festo dedicationis celebrando diem, si vere Ecclesiam ipse consecrasset; dicendum proinde, omnibus perpensis, Episcopum Ecclesiam benedixisse tantum, et hanc ob rationem ab eo nullum adsignatum fuisse diem pro Festo celebrando, quia de sola Ecclesiarum benedictione nulla facienda est memoria, nedum Festum celebrandum est. Hinc Capitulum Generale minus recte se gessit diem statuendo

ut supra, ac perperam usque ad Annum 1807 Dedicatio memoratae Ecclesiae Festum celebratum fuit sola peractae consecrationis nuda praescriptione attendita, quae nullo erat fundamento innixa. Quocumque se vertant qui pro Consecratione ejusque Festi celebratione contendunt, nihil inveniunt quod eis possit favere, et idecirco persuadere sibi debent de hoc Dedicatio Festo nihil omnino faciendum esse; neque attendendum quod ab immemorabili, ut asseritur (sine tamen ratione), peractum est, et a Capitulo Generali male et sine ulla facultate praedictus pro hoc Festo celebrando dies fuit adsignatus.

l) Dies.

Vd.: *Dedicatio Ecclesiae* (Translatio).

m) Dies annivers. ab Episcopo destinatur.

Vd.: *Dedicatio Eccles.* (Consecrator; decr. n. 4976.); *Dedicatio Eccles. et dies etc. incerta; Dedicatio Ecclesiae* (Transl.; decr. n. 2343; n. 2873; 3777; 4300; *Dedicatio Eccles.* (Mutatio etc.; celebr. a populo).

Dedicatio festum extra actum Consecrationis non potest amplius mutari ab Episcopo inconsulta sede apost. S. R. C. 16. Oct. 1604.

n) Dies octava.

Utrum transfer. est dies octava? Vd.: *Rosarium* (decr. pro Cathedr. Conchen.) Vd.: *Præsentatio B. V. M.* (decr. n. 3897).

In die octava Dedicatio lectiones 1. n. sunt de communi. n. 4119 ad 12 die 2 Sept. 1741.

Ex parte frat. Capucin. Conventus Aquanigrae Dioec. Mantuanae S. R. C. supplicatum fuit, quatenus ob occurrentiam diei octavae Dedicatio eorum Ecclesiae cum festo s. Annae in posterum transferri benigne concedere dignaretur; et S. C. resp.: Festum

dedicationis minime transferendum, sed faciendum esse officium s. Annae cum commem. diei octavae dedicat. n. 3931 die 15. Julii 1719.

o) In honorem alicujus Beati.

Vd.: *Beati.*

p) Interruptio.

Cum Episcopus quidam circa medium Consecrationis Ecclesiae, improvise accidenti correptus defecerit et Consecrationem perficere non potuerit, S. C. ad dubium de hac re resp.; Considerando, quod Consecratio Ecclesiae maxime consistit in inungendis s. Chrismate duodecim crucibus per Ecclesiam et in proferendis illius verbis: *Sanctificetur et consecratur hoc templum in nomine + + +*, quae crucis adhuc ab Episcopo non fuerint inunctae, Consecrationem Ecclesiae *de novo et a principio* ab Episcopo inchoandam et continuandam esse usque in finem. n. 486 die 12. Apr. 1614.

q) Lectiones.

Ad dubium: An in Officio Oct. Dedicatio Ecclesiae lectiones repetendae sint ex die festi, etiam quando lectae non fuerunt quae habentur intra Oct.? Et S. eadem C. . . . respondendum censuit:

„Servetur pecul. rubrica“.

Atque ita rescribere, ac proposita Dubia declarare existimavit. n. 5064 ad 4 die 27. Febr. 1847.

In die octava dedicationis semper sunt repetendae lect. I. n., quae jam lectae fuerunt in I. n. officii de ipsomet festo Dedicatio (Rubr. Brev. de lect. n. 9) S. R. C. 5. Maii 1736 in *Einsidlen*.

Vd.: *Lectiones in dedicat. Eccles.*

Ad dubium: Cum diversa opinentur circa designationem Lectionum